



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Aphorismi Confessiorvm Ex Doctorvm sententijs collecti**

**Sá, Manuel de**

**Coloniae, 1610**

Dubium.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-41645**

D V B I V M.

167

ter de ysuris, Couar. l. 3. c. var.

Excedant<sup>3</sup> Mercat. de mutuo, & ysu. ca. 8. nn.  
2. Bannes 2. 2. q. 78. art. 2. {Vidua} vide Ban-  
nes l.c. Nauar. c. 17. nu. 213. Lopez l.c. Sot. l. 6. q. 1.  
art. 2. Bannes quidem putat non ratione lu-  
cri cessantis, sed contractus dotalis, aut feu-  
dal is posse viduam recipere fructum non re-  
stitutæ dotis: at Mol. d. 322. hoc concedit solū  
ob lucrum cessans. Vide Syl. l.c. nu. 23.

{Potest} Mol. l.c. Nau. de ysur. nu. 67.

An soluto matrimonio gener adhuc pos-  
sit fructus percipere. Mol. d. 322.

D V B I V M.

<sup>1</sup> D Vbi um est, cum neutri parti assentiris,  
quod pro vtraque sint rationes: Scru-  
pulus verò est cum opinari quidem. sed cum  
formidine. Est in opinione assensus, qui de-  
bet in dubio, in scrupulo verò est apparentia  
quædam.

\* Syl. Dubium. Vide Nau. conf. 10. de pœn. &  
remis. num. 8. {Scrupulus} Syl. Scrupulus num. 1.  
Vide Nau. c. 27. nu. 279 & l. 3. conf. 9. de empt. &  
vend. nu. 3. {est in opi.} Syl. op. 1.

<sup>2</sup> Ad votum, vel præceptum non teneris, si  
te non teneri probabilis est Doct. sententia.

\* Met. l. 1. c. 13. §. 7. Instruct. Sot. l. 7. q. 3. ar. 2. at  
Azorius lib. 2. c. 19. q. 11. contrarium docet, ubi  
multa de dubia conscientia.

<sup>3</sup> Potest quis facere quod probabili ratio-  
ne,

ne, vel auctoritate putat licere, etiamsi oppositum tutius sit: sufficit autem opinio alicuius grauis Doctoris, aut bonorum exemplum.

\* Syl. Scrupulus 3. Nau. conf. 9. de empt. n. 3. Vide eundem Nau. Prælu. 9. nu. 9. c. 27. nu. 280.

4. Scrupulus deponendus consilio docti viri, aut ratione probabili, aut cum dubitat utrum sit scrupulus.

\* Syl. Dubium 4.

5. Occupulosus non confiteatur, nisi quæ potest iurare fuisse peccata mortalia, & se numquam illa fuisse confessum.

6. In dubio de Baptismo, Confirmatione, Ordine, aut Consecratione, putandum defesse, nisi dubitetur de mortui Baptismo: in matrimonio vero putandum in dubio esse validum quoad reddendum debitum causa inquisitioni de sent. excomm. Syl. verb. conscientia q. ult. Nauar. c. 16. nu. 40.

\* c. 2. de Baptismo c. si nulla de consecr. d. 4. a Solemnitates. il primo. de consecr. d. 1. c. Presbyteris 63. d. Abb. c. nu. 2. de Baptismo.

De dubio speculatio, & practico multo Sanchez eruditè l. 2. t. 1. de matr. d. 41.

In rebus ambiguis non debet esse iudicium absolutum. c. Habuisse 33. d.

Non est in fide dubius, qui angitur scrupulis. Nau. conf. 9. de empt. nu. 3. ex Io. Maio.

Ratione dubij non peccat, qui duabus sententijs alteram elegit, quam bona fide credebat.

D V E L L U M.

159

dit, nisi pro contraria esset aliquis scripturæ  
locus vel ecclesiæ auctoritas Nau. in c. si quis de  
pæn. d. 3. nu. 48. 50.

Peccat id agens, quòd què, vel magis pu-  
tat esse crimen, quam non. *ibid. nu. 57.*

Opinio communis non est, quam pleriq;  
sequuntur, sed quam pondus fulcit auctori-  
tatis. *Nau. c. 27. nu. 289.*

Addit. 3 De scrupulosorum remedijs *Naua. c:*  
*27. nu. 283.*

Faciens contra scrupulum non peccat. *D.*  
*Ant. I. p. tit. 2. c. 10. Syl. Scrupulus. 3. Naua. consil. 9.*  
*citato de empt. nu. 3.*

*Duellum, vide Excommunicatio.*

<sup>1</sup> **D**uellum à Principe concedi non po-  
test: & Concedentes, pugnantes, patri-  
ni, consilium dantes, suadentes spectatores  
excommunicantur in *Concil. Trid. sess. 25. c. 19.*  
vide plura in Bulla hac de re edita à Clemente VIII.

\*De duello *Tol. l. 5. c. 6. Naua. c. 15. nu. 9. Sot. l. 5.*  
*q. 1. P. N. l. 2. c. 3. a. numer. 280. Caiet. 2. 2. q. 95.*  
*art. 8.*

<sup>2</sup> **D**uellum licet Duci iniquè oppugnato,  
qui alioqui victoriam desperat: & militibus  
exercitus utrumque, ne hostes alioqui fiant  
audaciores: item præcipiente superiore, ob  
bonum cōmune: item ei, qui alioqui ab alio  
est occidendus; (est enim velut tunc vitam

H

defen-